



S· D· N· PAVLI
DIVINA PROVI
DENTIA PP· III·

Bulla
NOVAE
PROROGATIONIS SA
crofancti Generalis Concilij

M. D. XXXVIII.

In nomine sancte

& indiuidue Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. **NOVERINT** Vniuersi & singuli hoc præsens publicū transumptū inspecturi q̄ Nos Petrus Paulus Parisi⁹ Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Nuscañ. Sanctissimī Dñi nostri Papæ eiusq; Camerarij, nec non Curiaë causarum Camera apostolicæ generalis auditor, Romanæq; Curiaë iudex ordinarius, sententiarū q̄ & censuræ in eadem Romana Curia latorum, ac litterarum Apostolicæ vniuersalis & merus exequutor. Habuimus, vidimus, legimus, & diligēter inspeximus infra scriptas litteras apostolicas sanctissimī in Christo Patris & Domini nostri Domini Pauli diuina prouidentia Papæ Tertij, eius uera Bulla plumbea cū cordulis sericeis rubei, croceiq; colorū mote Romanæ curiaë impendē. bullatas & omnimoda suspitioē careñ. Quarē quidem litterarum tenor in cōtinentia erat iste. **PAVLVS** Episcopus seruus seruorū Dei, Ad futuram rei memoriam. **VN**iuersi populi christiani, curam nobis licet immeritis diuinitus commissam sustinentes in terris officij nostri partes esse putamus, vt si quid idem populus ob temporum cōditiones facere omiserit, quod ad pietatem erga deum suam pertineat, per nos vt id commode exequi valeat opportune prouideatur, præcipue Principum votis & precibus nos ad id impellentibus. Alias cum statum christianitatis hinc diuersis hæresibus turbatū inde dissidentibus inter se christianis Principibus Turcarum minis ac violentiæ expossum videremus, œcumenicum vniuersale ac generale Cōcilium Mantuaë & deinde mantua no




bis denegata, Vincētiæ indiximus celebrandū
spem certam in ipso Deo reponentes posse nos
per illud ipsas hereses extinguere, & facile Tur
carum impetus retundere. Præteritis aut̄ men
sibus cum tempus ipsum concilij celebrationis
instaret, nosq; propterea q̄ ad ciuitatem Niceæ
proficiscebamur vt pacem & concordiam inter
charissimos in Christo filios nostros Carolum
Romanorum Imperatorem semper Augustum
& Franciscum Francorum Regem christianis
simū, toties per litteras Nūtiōs ac Legatos nos
stros frustra tentatam per nos ipsos si qua via
fieri posset concluderemus, ipsi Cōcilio perso
naliter interesse statuto tempore nequiremus,
tres Legatos nostros et apostolicę sedis videli
cet venerabilem fratrem Lau. Episcopū Sabie
neñ, & dilectos filios Iaco. sancti Apollinaris ac
Hieronymum sancti Crisogoni titulorū presb.
S. R. E. Cardinales Vincētiā misimus. Nosq;
ad dictam ciuitatem Niceę profecti ibi vtriusq;
Principis colloquium (quod antea magna cum
instantia procuraueramus) habuimus: & a Dei
misericordia tandem impetrauimus, vt si non
plenam pacem (in quam omnes neruos nostras
rum actionum tunc iutendimus) at reconciliati
onem animorum suspensionem armorum, in
duciasq; decennales ante nostrum inde disces
sum viderimus constitutas, Cum aut̄ & antea
& nuperrime ipsi Legati nostri ad nos scrip
serint neminē ex conuenturis Vincētiā ad

Cōciliū venisse: & vterq; Princeps facta per
nos in ipso colloquio de celebratione concilij
mentionē sua quisq; regna a quibus aliquandiu
abfuerat reuifere cupiens, ipsos conuenturos
(quorū magna pars cum ipsis Principibus erat)
ad propria ad aliquod tempus redire cupiebat
ad veniendū ad ipsum Cōciliū expectari,
idemq; charissimus quoq; in Christo filius nos
ter FERDINANDVS Romanorum ac
Hungarię & Bohemię Rex illustris, pro Prę
latis regnorū suorum per suas litteras petie
rit. Nos considerantes præsentem statum chris
tianitatis generalis omnium nationū ac frequē
ti personarū ad id conuenturarū Cōcilio si
vnq; antea in præsentī indigere, existimantesq;
ceteros conuenturos vt ipsius colloquiū finem
viderent aduentum suum ad dictam ciuitatem
Vincētię distulisse magnis dei beneficio iactis
inter ipsos principes pacis fundamentis, illamq;
interim plene confectum iri, sicq; Cōciliū ip
sum foelicius ac sanctius celebrari, & optatos
fructus inde colligi posse sperantes: ipsos con
uenturos adueniendū ad ipsum Conciliū vsq;
ad festum Paschatis resurrectionis. D. N. Iesu
Christi proxime venturum expectandos duxi
mus, & expectari volumus. Iphis Legatis omni
busq; & singulis alijs quacūq; dignitate fulgen
tibus ad quos quomodolibet spectare possit,
ne interim circa ipsam celebrationem procedāt
aut modo aliquo se intromittant in virtute san
A iij

Etæ obedientiæ mandantes. **NVLLI** ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostræ
voluntatis & mandati infringere vel ei ausu tes-
merario contraire: si quis autem hoc attentare
præsumperit indignationem omnipotētis dei
ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius
senouerit incursum. Datum Genuæ Anno
Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesi-
mo trigesimo octauo. Quarto Kal. Iulij. Pō-
tificatus Nostri Anno Quarto. Fabius Vi-
gil. B. **MOTTA** Vifa Iac. de Fredelicis.
QVIBVS quidem litteris apostolicis diligenter inspe-
ctis per Notarium publicum infra scriptum ipsas exem-
plari mandauimus, & transmissas in publicam formam
redigi. Decernētes, & volentes, vt huic transumpto pub-
lico siue exemplo plena fides deinceps adhibeatur, vbi-
libet in locis omnibus & singulis, quibus fuerit oportu-
num, ipsumq; transumptum fidem faciat, & illi stetur, ac
si originales ipsæ litteræ apparerent. Quibus omnibus &
singulis auctoritatem nostram ordinariam inter posui-
mus, & decretum, & ad ampliorem euidentiā præmis-
sorum sigillum nostrum, quo vtimur duximus ponendū
Actum & datum Romæ in domo nostræ solitæ residen-
tiæ, in qua iura reddi solent, hora vesperorum, & audien-
tiæ causarum consueta ibidem ad iura reddendum, in lo-
co nostro solito pro tribunali seden. Sub Anno a Nati-
uitate Domini Millesimo quingentesimo Trigesimo
octauo. Indictione vndecima. Die vero Veneris Vigesi-
ma tertia Mensis Augusti. Pontificatus præfati Sanctissi-
mi Domini nostri Domini Pauli diuina providentia Pa-
pæ Tertij, Anno Quarto, Præsentibus ibidem discretis Vi-
ris magistris Philippo de Quintillis, & Iacobo Apocello,
dictæ Curie causarum Camerae Apostolicæ Notarij, te-
stibus ad præmissa vocatis atq; rogatis.

Et quia ego Iohannes Iacobus Bucca Curie causarum Ca-
meræ Apostolicæ Notarius Exhibitioni præsentationi
Auscultationi & transumptioni supra scriptarum lit-
terarum, ac omnibus & singulis præmissis præfatus fui,
eaq; fieri vidi & audiui supra scriptum transumpti instru-
mentum, alterius manu scriptum exinde publicum in fi-
dem præmissorum omnium.



The image shows a large, highly stylized handwritten signature in black ink. The signature is written in a cursive script characteristic of the 17th or 18th century. It begins with a large, sweeping initial 'J' followed by several long, flowing lines that extend across the width of the page. The signature is positioned below the printed text of the document.